



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

ANNOT. IN HIOB

nam quo magis exaltati sunt, eo maius iudicium merent eos, ut Esaias inquit: omnis mons & collis humiliabitur, & ut fulmina non feriunt nisi altissima quaeque turre, & montes: ita iudicium Domini graue, in sublimis fertur: Deposuit, inquit Beata uirgo, potentes de sede, & exaltauit humiles. Nam quemadmodum spicarum summitas, tandem pro sua grauitate in terram deorsum trahitur, & quum maturuerint arista, grana earum maturitate excussa, decidunt: ita impii paulatim in altum succrescunt, & eleuantur, donec maturuerint ad iudicium, tunc enim subito in profundum deiiciuntur. Sic Gen. 15. Nec dum completae sunt iniquitates Amorreorum, hoc est, Amorreii nondum maturuerunt ad iudicium.

AN NON EST ITA, QVIS MENDACII. Id est, quae loquor uera sunt, neque enim est felicitate externa, pietas probari potest, alioqui nemo magis impius pijs esset, siquidem omnibus hominibus miseriores sunt, neque ex infelicitate, impietas, quando omnium prosperrime uiuant impij: utcumque autem prospere agant, habent tamen suum iudicium, quod effugere non possunt.

CAP. XXV.

R Espondens Bildad Suites, dixit.
Nonne potestas & terror apud ipsum sunt

sunt, qui facit pacem in sublimibus suis?

An est numerus expeditorum eius, & super quem non surgit lumen eius?

Quo iustificaret homo cum Deo (collatus) & quo purus esset natus mulieris?

Ecce ultra, luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in oculis eius.

Quanto minus homo tinea & filius hominis uermis?

NONNE POTESTAS. Eandem cantilenam Baldus canit, quam in prioribus amicorum orationibus addimus: arguit enim ab omnipotentia & puritate Dei, neminem in conspectu eius iustificari, nec citra peccatum adfligi, id quod uerissimum est, si hominem citra fidem tibi ob oculos posueris, qui uero donatus fuerit fide ut Hiob (unde & iusticie testimonium habet) non solum citra meritum adfligitur, sed etiam coram Deo iustificatur, siquidem fides, peccatum & peccati augmentamenta, absorbet, & iustus ex fide uiuet.

Porro cum dicitur, apud Deum esse potestatem, intelligas eum esse omnipotentem non solum diuina uerum etiam humana, id est, & potentia & actione, omnia enim potest, & omnia agit: ergo & mala operatur: maxime, non ex se, sed ex instrumento per quod operatur, est enim Deus, ut sic dicam, mundi

Quo Deus operatur oia, etiam peccata.

A N N O T . I N H I O B

anima, perinde ut in corpore humano, aia moues est, tam si humana anima corpus debile aut claudū nati fuerit, pergu nihilominus mouendo, & fit motus claudus nō ab anima, sed à corpore moto, ita Deus operatur oia in omnibus. Iam quū operetur in homine uelle & facere, homo uero ex peccato, ab Adam deriuato, male uelit & faciat, fit mala uoluntas, & opus nō ex Deo operante, sed ex homine deprauato: proinde, quanq̄ Deus mala operetur, nō tamen malicia Deo adscribenda est, sed instrumento male deprauato &c.

TERROR. Id est, apud Deum est iudiciū. Nam sicut fluit cera à facie ignis, ita omnis creatura à uoce Domini, ut est Gen. 3. Vocem tuā audiui Domine, & timui &c. 4. Reg. 7. Dominus sonitū audiri fecerat in castris Syriæ, currū & equorū, surrexerunt ergo Syri, & fugerūt in tenebris, uox enim Domini irata, adeo terribilis est, ut occidat, & in æternum perdat.

FACIENS PACEM IN SVBLIM.

Hoc est, omnia suo ordine disponens, Sap. 11. Oia in mēsurā et numero et pondere disposuisti, nisi enim cuncta iusto ordine collocata essent, non posset fieri, quin cælum terræ, in unū chaos misceretur, atq; hæc creaturarum dispositio pax dicitur in sublimibus.

**AN EST NUMERVS EXPEDITO-
RVM.** Dicitur enim Deus, Dominus Sebaoth, id est, exercituum: & Daniel. 7. Millia millium ministrant ei &c.

et decies mille s. centena millia assistunt ei, hoc est, innumerabiles sunt ministratorij spiritus, qui hoc loco expediri dicuntur. Sic et Christus in Evangelio ait, non possum rogare patrem, et mittet mihi plusquam duodecim legiones angelorum: similiter 4. Regum 19. Vnus angelus percussit una nocte, in castris Assyriorum, centum octoginta quinque millia. tam si unus angelus tantum potest, quantum posset Dominus per innumeras angelorum cohortes?

ET SUPER QUEM NON SURGIT.

Id est, Deus omnia videt, nihil ab eo absconditum est, sicut et sol dicitur $\omega \acute{\alpha} \nu \tau \alpha \delta \rho \epsilon \nu$, Psal. 18. Soli posuit tabernaculum, exultat ut gygas ad currendum viam, à summo celo egressio eius, et recursus eius usque ad summum celum, nec est qui se abscondat à calore eius: sic et Psal. 139. Quo ibo à spiritu tuo? et quo à facie tua fugiam? si ascendero in celum tu illic es. Huc adludit Christus in Evangelio, Pater sinit solem suum oriri super bonos et malos, id quod ingens liberalitatis Dei indicium est, quod se omnibus obitum præbeat, et neminem à beneficijs suis excludat, nisi quis sua pereat infidelitate.

QUOMODO IUSTIFICARETUR.

Hoc est, si Deus tam potens, sapiens et beneficus est, quomodo coram eo posset homo iustificari, et eum eius iusticia cõferri? Vera hæc sunt, si hominem cum Deo, citra medium, id est, fidem in Christum.

ANNOT. IN HIOB

conferas. Sed confer eum cum medio, id est, fidei
Christum, habebit etiam homo, quod gloriatur eo
Domino, sed tamen in Domino.

ET QVOMODO PVRVS ESSET.

Tota enim natiuitas nostra impura est: hinc in leg
precipitur, Leuit. 12. ut mulier immunda sit septem
diebus, octauo die circūcidatur puer, & maneat ipse
triginta tribus diebus in sanguine purificationis sue.

Natura impu
ra.

Natura enim sumus filij iræ, purificationis egent
& qd' ex carne est, caro est: p'inde, impuri sunt quos
quot ab impuris nascūtur: quāq' infans, creatioe nō
impurus, utpote Verbo Domini creatus & sanctifica
tus, sed impurus est ppter Adā, in quo oēs moriūtur.

ECCE VLTRA LVNA NON EST.

Contemptus
homo.

Tantus est splendor diuinae maiestatis, ut nec luna
nec stelle, in cōparatione eius luceant, quomodo ergo
lucet homo, qui est **FINEA** & **VERMIS**: His
aut epithetis uides, quā cōtemptim spiritus sanctus
in Scriptura de homine loquatur, non enim assuetus
est titulis gloriosis, & claris epithetis, nec in princ
pum aula, quæ est titulorum officina, uersatus est,
sed scapham uocat scapham, καὶ τὰ σὺκα καὶ οὐκ
Nam & aliās hominem puluerem, aliās carnem, aliās
uanitatem, aliās mendaciū uocat, & gentiliū lūerā,
bullam, quibus omnibus, conditionis & miserie nos
stræ admonemur, ut eam agnoscentes, confugiamus
ad Dominum, qui solus est liberator noster.